



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Alimenta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

## ALIMENTA.

**M**onacho relegato in aliud Cœnobium ob delictū inter possidentes tenetur subministrare alimenta Monasterium, cui acquisiuit, vel attulit bona: at si nihil attulerit, tenetur Superior, cui subiectus erat dum deliquit. In Ordine vero Fratrum Minorum; tenetur Guardianus Conuentus ad quem relegatur. *tom. 2. quæst. 24. art. 2.*

## ALTARIA.

*Vide Missa.*

**M**endicantes postquam bis auctor Episcopum Diœcesanū rogarint pro consecratione suorum Altarium, si Episcopus aut Sedes vacans ad id licentiam dare noluerit, possunt alium quemlibet Orthodoxum Antistitem adire ex privilegio Sixti V. non reuocato per Concil. Trident.

Sufficit tamen quod superior mensa ipsius Altaris seu Ara, super quam fit consecratio, & reponitur Corpus & Sanguis Domini nostri Iesu Christi, sit lapidea, & habeat eam latitudinem, ut possit capere hostiam, & maiorem partem calicis,